Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

"Practica" - Hs. Bernus 161

Lullus, Raimundus

[s.l.], [17. Jahrh.]

"Incipit Pratica Magistri Raymundi Lulli super lapide philosophico. Et primo definitio, quae res est, seu quae scienta, vel ars Alchymia"

urn:nbn:de:bsz:31-95423

Visual Library

W: M: Gabriel Fischer Med. Doctor
pro me Josepho Hübner Regiment Chyrurgus:

Incipit Practica Magistri Raymundi
Lulli super lapide philosophico.

Ista Pars 3a: duae primae partes sunt in alio meo libro.

Et primo definitio quid res est, seu quae
scientia id est ars Alchymiae.

Cap. 1um.

Alchymia est una pars naturalis philosophiae occulta magis necessaria quae constituit et facit unam artem et scientiam, quae non omnibus notam et docet mundare et purificare omnes lapides pretiosos non perfectos in debitam et ponere ad veram temperamentum, et omnia humana corpora lapsa et infirma restituere, et ad veram temperamentum reducere ad optimam sanitatem, et etiam transmutare omnia metallica corpora in veram lunam, postea in verum Solem per unum corpus medicinale, ad quod omnes medicinae particulares reductae sunt et effinguntur. Et per quod integraliter efficitur per unum naturale regimen revelatum philosophicis filiis perfectis, mediante ignis calore, respectu sex latitudinum caliditatis, quae in tres principaliter reducuntur. Primus vocatur tebetatus, qui iste prohibet et defendit nota naturae integralia. Et ideo ducit et inducit putrefactionem in rebus mixtis, sine qua putrefactione venire non potest animatio in rebus elementatis. Secundus calor est calor excitatus cum calore tolerabili vivificationis, et hic calor ducit et inducit generationem et multiplicationem. Tertius est calor agressionis et mortalis, qui destruit omnes sensus et instrumenta instinctualia appetitus naturales, per quos fiunt corruptiones, generationes et multiplicationes. Fili, ista scientia appellatur flos regalis, per quam intellectus humanus rectificatus est, vi experientiae, respectu omni, et vero notitiam cum experientia suo, patiens non possunt aliquas probationes phantasticas, sed omnes alias scientias vincit, intrare ostendit